eiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator omnem substantiam eius:
et diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misere-
atur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in genera-
tione una deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas pa-
trum eius: in conspectu domini: et pecca-
tum matris eius non deleatur.
Fiant contra dominum semper et dispereat de terra
memoria eorum: pro eo quod non est recordatus
facere misericordiam.
Et persecutus est hominem inopem et men-
dicum et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et veniet ei.